



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCCV. Breve des Papstes Clemens V. an den Erzbischof von Magdeburg
und an die Bischöfe von Brandenburg und Merseburg, worin er ihnen
befiehlt, die Besitzungen des Tempelherrn-Ordens in der Ballei ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCCCIV. Markgraf Woldemar bestätigt dem Mecklenburgischen Kloster Eldena seine im Lande Perleberg, im Lande Lenzen und im Lande Grabow belegenen Besitzungen, am 30. April 1312.

Nos Woldemarus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, Lufacie atque Landesberghe; omnibus presens scriptum inspecturis uel audientibus salutem et omne bonum. Tenore presencium litterarum protestamur, quod Dominabus. in cenobio Eldena rite et rationabiliter vendidimus omnes proprietates seu libertates omnium suorum reddituum jacentium in terra parleberghe et in terra Lenzyn et in territorio Grabowe pro quinquaginta quatuor marcis argenti, scilicet maiorem partem eidem amore dei erogauimus, redditus supradictos distinguendo, in villa sconevelte proprietates septem mans., in uilla bokwolte unius mans., in rauensmolen decem et octo modiorum siliginis, in uilla crawe sex mans., in uilla semelyn sex mans., in boberowe duorum mans., in mylowe quinque mans., in stefowe quatuor mans., in stapel quatuor mans., in uilla melle quatuor mans., in uilla warnowe quinque mans., in uilla bekentyn duorum mans., in uilla cyrsawe duorum mans., in ciuitate Grabowe decem mans., in uilla Hertesuelte septem mans., in uilla Poddendorpe unius mans. Et cum hoc proprietates totius uille maioris Wademesse cum omni libertate, secundum quod auus et proauus noster actenus habuerunt, et quicquid iuris in dictis bonis habuimus, in hiis scriptis integraliter resignauimus. Ut autem hec cartula maneat rata et inconuulsa a nostris successoribus, ad maiorem caucionem et certitudinem has litteras intuentibus nostro sigillo fecimus roborari. Testes huius rei sunt Noteke, noster Cancellarius, Droyseke dapifer, Conradus dictus de rederen, Hinricus pincerna, nostri fideles milites, et Redeke dictus de rederen famulus, Bernardus de Bock et quam plures fide digni. Datum et actum anno domini millesimo Trecentesimo duodecimo, In uigilia Apostolorum Philippi et iacobi in castro Tangermundis.

Nach Rudloff, Cod. dipl. histor. Megalop. II, 239. — Ueber die ursprüngliche Vertheilung der in dieser Urkunde genannten Dörfer und Gebungen an das benachbarte Mecklenburgische Kloster Eldena sind keine Urkunden erhalten geblieben, da das Kloster im Jahre 1291 von einer Feuersbrunst heimgesucht wurde, welche nicht nur die Kirche, das Kloster, den Bauhof und die Wirtschaftsgebäude bis auf den Grund in Asche legte, sondern auch die Privilegien des Klosters verzehrte. Vgl. die deswegen erfolgte Confirmation des Klosters durch den Bischof von Rügen vom Jahre 1291 in Rudloff's Cod. I, 135.

CCCCV. Breue des Papstes Clemens V. an den Erzbischof von Magdeburg und an die Bischöfe von Brandenburg und Merseburg, worin er ihnen befiehlt, die Besitzungen des Tempelherrn-Ordens in der Balkei Brandenburg dem Johanniter-Orden einzuräumen, vom 2. Mai 1312.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopo Magdeburgensi, et Brandenburgensi ac Merseburgensi Episcopis, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Ad providam Episcopi Vicarii Presidentis in specula Apostolice dignitatis circumspectionem pertinet, vices penlare temporum emergentium, negotiorum causas discutere ac Personarum attendere qualitates, ut ad singula debitum dirigens necessarie

considerationis, intuitum, et opportune manum operationis apponens, de agro Domini sic vitiorum tribulos eruat, ut virtutes amplifiet, sic prevaricantium spinas tollat, ut evellendo plus plantaria quam destruat, et in loca vacua per eradicationem nocentium tribulorum devota Deo plantaria transferendo, potiore prebeat de provisu et utili eorundem locorum unione et translatione letitiam, quam vera Justitia, que compassionem habet, dolorem intulerit demerentium personarum, locorum hujusmodi per ruinam; Sic enim sufferendo quod officit, et subrogando quod proficit, Virtutum Profectus amplifiat, et sublata de medio meliori subrogatione restaurat. Dudum siquidem Ordinem Domus militie Templi Jerusalemiani propter Magistrum et Fratres ceterasque personas dicti Ordinis in quibuslibet mundi partibus consistentes, variis et diversis non tam nephandis quam inphandis proch dolor errorum et scelerum obscoenitibus, pravitatibus, maculis et labe resperfos, que propter tristem et spurcidam eorum memoriam nostris literis subticimus, ejusdemque Ordinis Statum, habitum atque nomen, non sine Cordis amaritudine et dolore, Sacro approbante Concilio, non per modum diffinitive sententie, cum eam super hoc secundum inquisitiones et processus super his habitos non possemus ferre de jure, sed per viam provisionis seu Ordinationis Apostolice irrefragabili et perpetuo valitura subtilimus sanctione, ipsum prohibitioni perpetue supponentes, districtius inhibendo, ne quis dictum Ordinem de cetero intrare, vel ejus habitum suscipere vel portare aut pro Templario gerere se presumeret, quod, si quis contra faceret, excommunicationis incurreret sententiam ipso facto; Univerfa etiam bona Ordinis prelibati Apostolice Sedis Ordinationi et Dispositioni Autoritate Apostolica duximus reservanda, inhibentes districtius, ne quis, cujuscunque conditionis vel status existeret, se de personis vel bonis hujusmodi aliquatenus intromitteret, vel circa ea in prejudicium Ordinationis seu dispositionis Apostolice per Sedem eandem, ut premititur, faciende, aliquid faceret, innovaret vel etiam attentaret, decernentes item contra quemvis alium, si sciat a quoquam scienter vel ignoranter contingeret attentari; Ac postmodum ne dicta bona, que dudum ad subsidium Terre sancte et impugnationem inimicorum fidei Christiane a Christi cultoribus data, legata concessa et acquisita fuerunt, debita gubernatione carentia tanquam vacantia deperirent vel converterentur in usus alios quam in illos, ad quos fuerant pro devotione fidelium deputata, vel propter tarditatem Ordinationis et Dispositionis hujusmodi eorum destructio vel dilapidatio sequeretur, cum Fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis et Prelatis, ac etiam cum nonnullis excellentibus et illustribus personis cum reliquorum quoque absentium Prelatorum ac etiam Capitulorum et Conventuum Ecclesiarum et Monasteriorum Procuratoribus in dicto Concilio constitutis habuimus ardua, morosa et diversa consilia et tractatus, ut per hujusmodi Consiliorum et Tractatum deliberationem prehabitam diligentem dictorum honorum Ordinatio et Dispositio ad honorem Dei, augmentum fidei, exaltationem Ecclesie, dicte terre subsidium, Salutem quoque fidelium et quietem salubris et utilis proveniret. Post que utique longa premeditata, provisa et matura consilia suadentibus plurimis justis causis nostra et dictorum fratrum, nec non Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et aliorum Prelatorum ac Excellentium et Illustrium personarum predictarum in dicto Concilio nunc presentium deliberationes et consilia, in hoc finaliter resederunt, ut predicta bona Ordini hospitalis Sancti

Johannis Jerusalimitani et ipsi Hospitali ac dilectis filiis Magistro et fratribus Hospitalis ejusdem nomine Hospitalis et Ordinis eorundem, qui tanquam Athlete Domini pro defensione fidei se periculis mortis jugiter exponentes onerosa nimis et periculosa dispendia continuo perferunt in partibus transmarinis, in perpetuum unirentur. Nos igitur inter Cetera mundi loca, in quibus vigere dignoscitur observantia regularis, dictum Ordinem Hospitalis et ipsum Hospitalis sincere charitatis plenitudine prosequentes ac attendentes, quod sicut evidentia facti docet, in eo divinis obsequiis ferventer insistitur, pietatis et misericordie opera vigilantibus studiis exercentur Fratres Hospitalis istius mundanis spectis illecebris devotum impendentes altissimo famulatum, ac pro recuperatione Terre predictae tanquam intrepidi Christi pugiles ferventibus studiis et desideriis intendentes, quolibet ducunt humana pericula in contemptum, considerantes quoque quod ex hoc tanto eorundem Magistri et Fratrum dictorum Ordinis et Hospitalis crescat strenuitas, animorum fervor augebitur et ipsorum roborabitur fortitudo, ad propulsandas nostri Redemptoris injurias et hostes ejusdem fidei conterendos, quanto ipsorum potentia in opulentioribus facultatibus augmentata onera, que prosecutionis tanti negotii necessitas exigit, levius et facilius poterunt supportare, ac propterea non indigne vigilantes redditi, studiisque sollicitis excitati, ut ad sui Status augmentum, opem et operam impendant, eodem Sacro approbante Concilio ipsam Domum militie Templi ceterasque domos, Ecclesias, Capellas, Oratoria, Civitates, Castra, Villas, Terras, Grangias et loca, Possessiones, Jurisdictiones, Reditus atque jura, omniaque alia bona, immobilia et mobilia vel se moventia cum omnibus membris, juribus et pertinentiis suis ultra et citra mare ac universis et quibuslibet mundi partibus consistentia, que ipsi Ordo et dicti Magister et Fratres ipsius Ordinis Militie Templi tempore, quo ipse Magister et nonnulli ex iisdem Fratribus Militie Templi in Regno Francie communiter capti fuerunt, videlicet Anno Domini Millefimo trecentesimo octavo mense Octobris, per se vel per quoscumque alios habebant, tenebant et possidebant, vel ad eosdem Domum et Ordinem militie Templi et dictos Magistrum et Fratres ipsius Ordinis militie Templi quomodolibet pertinebant, nec non nomina, Actiones et Jura, que predicto Tempore captionis ipsorum eidem Domui, Ordini vel personis ipsius Ordinis Militie Templi quocumque modo competebant vel competere poterant, contra quoscumque, cujuscumque dignitatis, Status vel conditionis existerent, cum omnibus privilegiis, indulgentiis, immunitatibus et libertatibus, quibus prefati Magister et Fratres dictorum Domus et Ordinis Militie Templi et ipsa Domus et Ordo per Sedem Apostolicam, ut per Catholicos Imperatores, Reges et Principes et fideles alios vel quocumque alio modo erant legitime communiti, Eidem Ordini Hospitalis Sancti Johannis Jerusalimitani et ipsi Hospitali donavimus, concessimus, univimus, incorporavimus, applicavimus, et anneximus in perpetuum, de Apostolice plenitudine Potestatis; Exceptis Bonis quondam dicti Ordinis ipsius Militie Templi consistentibus in Regnis et Terris charissimorum in Christo filiorum nostrorum Castelle, Aragonie, Portugallie et Majoricarum Regum Illustrium extra Regnum Francie, que a donatione, concessione, unione, applicatione, incorporatione et annexione predictis specialiter excipienda duximus, ac etiam excludenda, Ea nihilominus Dispositioni et Ordinationi Sedis Apostolice reservantes, inhibitionem dudum per alios processus nostros factam, ne quis videlicet, cujuscumque conditionis vel

Status existeret, se de personis et bonis hujusmodi aliquatenus intromitteret, vel circa ea in prejudicium Ordinationis seu Dispositionis Sedis ejusdem faciende de illis, nec non decreti nostri interpositionem, quoad personas et bona in dictis Regnis et Terris eorundem Regum proxime expressorum consentientia, omnino manere volentes in pleno robore firmitatis, quousque de personis et rebus predictis in eisdem Regnis et Terris consistentibus, per Dispositionem Sedis ejusdem fuerit aliter ordinatum. Occupatores quoque dictorum bonorum aut illicitos detentores, cujuseunque Status, conditionis, Excellentie vel dignitatis exstiterint, etiam si Pontificali, Imperiali vel Regali prefulgeant dignitate, nisi intra unius mensis spatium postquam super hoc per dictos Magistrum et Fratres ipsius Hospitalis vel ipsorum quemlibet, aut Procuratorem, seu Procuratores eorum fuerint requisiti, dicta bona dimiserint, illaque plene et libere restituerint Ordini ipsius Hospitalis, et eidem Hospitali aut Magistro seu Prioribus vel Preceptoribus aut Fratribus Hospitalis ejusdem in quibuscunque partibus et provinciis constitutis, eorumque singulis, et Procuratori seu Procuratoribus eorundem ejusdem Ordinis ipsius Hospitalis nomine, etiam si dicti Priores, Preceptores et Fratres ipsius Hospitalis et Procuratores ipsorum et eorum quilibet a dicto Magistro ipsius Hospitalis mandatum super hoc specialiter non haberent, dummodo Procuratores predicti a dictis Prioribus et Preceptoribus vel eorum singulis in Provinciis et Partibus, in quibus hujusmodi Priores et Preceptores exstiterint deputati, Mandatum super hoc habuerint vel ostenderit speciale. Qui omnes et singuli videlicet Priores et Preceptores et Fratres dicto Magistro, Procuratores vero predicti iisdem prioribus et Preceptoribus eorumque singulis, a quibus super his fuerint deputati, plenum super omnibus gestis, actis, receptis et procuratis per eos quomodolibet in hac parte computum et rationem ponere et reddere teneantur, nec non omnes, qui scienter occupatoribus et detentoribus prelibatis in occupatione vel detentione hujusmodi dederint consilium, auxilium vel favorem publice vel occulte excommunicationis, capitula vero collegia seu conventus Ecclesiarum et Monasteriorum, nec non Universitates Civitatum, Castrorum, Villarum et aliorum locorum et ipsas Civitates, Castra, Villas et loca, que in his culpabilia exstiterint, ac etiam Civitates, Castra et loca in quibus detentores et occupatores hujusmodi dominium obtinuerunt temporale, si hujusmodi Domini temporales in dimittendo bona predicta et restituendo illa Magistro et Fratribus Ordinis et Hospitalis ejusdem nomine Hospitalis ipsius obstaculum adhibebunt, et intra dictum Mensem ab hujusmodi premissis non destiterint, postquam super hoc, ut premititur, fuerint requisiti, ipso facto interdicti sententis decrevimus subjacere, a quibus absolvi non possunt, donec super his plenam et debitam satisfactionem curaverint exhibere et nihilominus occupatores et detentores hujusmodi, vel prestantes iisdem ut premititur auxilium, consilium vel favorem, sive singulares persone, sive Capitula, Collegia seu Conventus Ecclesiarum et Monasteriorum, aut universitates Civitatum, Castrorum, Terrarum, vel aliorum locorum exstiterint, preter poenas prescriptas omnibus, que a Romana vel aliis Ecclesiis quibuscunque tenebant, in Feudum, ipso facto decrevimus fore privatos sive privata: Ita quod ad Ecclesias, ad quas spectabant, illa libere sine contradictione aliqua reverterentur, earumque Ecclesiarum Prelati sive Rectores de ipsis pro sua voluntate disponent, sicut utilitati Ecclesiarum ipsarum viderent expedire. Quo circa Fraternitati vestre per

Apostolica scripta mandamus, quatenus Vos vel duo aut unus vestrum per Vos, vel per alium seu alios prefatos Magistrum seu Priores, vel Preceptores aut Fratres Hospitalis ejusdem vel ipsorum quemlibet, aut Procuratorem seu Procuratores eorum nomine Hospitalis ipsius in corporalem possessionem dictorum domus Militie Templi ceterarumque domorum, Ecclesiarum, Capellarum, Oratoriorum, Civitatum, Castrorum, Villarum, Terrarum, Grangiarum et Locorum, Possessionum, Jurisdictionum, Redituum atque Jurium omniumque aliorum bonorum immobilium et mobilium vel se moventium cum omnibus membris, juribus et pertinentiis suis ultra et citra mare ac in universis et quibuslibet mundi partibus consistentium, que ipse ordo et dicti Magistri et Fratres ipsius Ordinis Militie Templi, predicto tempore hujusmodi Captionis eorum per se vel per quoscunque alios habebant, tenebant et possidebant, vel ad eosdem domum et Ordinem Militie Templi et dictos Magistrum et Fratres ipsius Ordinis Militie Templi, quomodolibet pertinebant, inducatis autoritate nostra et defendatis inductos, amotis predictis Occupatoribus et detentoribus ac Administratoribus et Conservatoribus in bonis ipsis Auctoritate Apostolica et quavis alia deputatis, et quibuslibet aliis ab eisdem, eisque faciatis de illorum fructibus, Reditibus, Proventibus, Juribus et obventionibus universis integre responderi, Occupatores seu detentores, Administratores, Conservatores et alios predictos, nisi intra dictum, ut premittitur, bona et Reditus predicta dimiserint, illaque libere et plene restituerint Ordini ipsius Hospitalis et eidem Hospitali aut Magistro seu Prioribus vel Preceptoribus aut Fratribus Hospitalis ejusdem, in partibus et Provinciis, ubi bona hujusmodi fuerint, constitutis eorumque singulis vel Procuratori seu Procuratoribus eorundem, ipsius Hospitalis nomine, ut superius est premissum, ac prestantes Occupatoribus seu detentoribus ac Administratoribus et Conservatoribus hujusmodi auxilium, Consilium vel Favorem, si singulares Personae excommunicationis, si vero Capitula, Collegia seu Conventus vel Universitates existerint, et ipsas Civitates Castra, Villas et loca, que in his culpabilia fuerint, ac etiam Civitates Castra et loca, in quibus detentores et occupatores hujusmodi dominium obtinuerint temporale, si hujusmodi Domini temporales in dimittendo bona predicta et restituendo illa Magistro et Fratribus Hospitalis ejusdem ipsius Hospitalis nomine obstaculum adhibebunt, et intra dictum Mensem ab hujusmodi premissis non duxerint, ut predicatur, desistendum, tandiu interdicti per nos latis sententiis subjacere, Et nihilominus omnibus bonis, que a Romana vel Ecclesiis quibuscunque tenent in Feudum, fore privatos seu privata per omnia loca, in quibus expedire videritis, denunciatis et faciatis ab aliis nunciari dictosque excommunicatos arctius evitari, donec super his congrue satisfecerint et absolutionis meruerint beneficium obtinere. Non obstante si aliquibus a predicta sancta Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, contradictores etiam alios, si qui fuerint, per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compefcendo. Volumus autem et Apostolica Autoritate decernimus, quod Autoritate presentium sit Vobis et cuiuslibet Vestrum in predictis omnibus et singulis potestas et Jurisdictio attributa, ut ex nunc in eis et eorum quolibet ita libere procedere valeatis, ac si eadem Jurisdictio per Citationem vel modum alium perpetrata legitimum extitisset et quasi re non integra perpetrata, prefata

jurisdictio censeatur, quodque unusquisque Vestrum Articulum per Collegarum suorum aliquem inchoatum, felicitis recordationis Bonifacii P. P. VIII. predecessoris Nostri contraria constitutione cessante, prosequi libere valeat, etiam eodem Collega vivente nec impedimento aliquo prepedito, quotiens et quando fuerit opportunum. Datum Vienne VI. Non. Maji, Pontificatus nostri Anno septimo.

König's Reichs-Archiv (S. VII.) Part. spec. Cont. I. Thl. II. Vom Teutsch. u. Joh. Orden S. 81.

CCCCVI. Die Markgrafen von Meissen, Friedrich der Aeltere und der Jüngere, reversiren sich gegen den Markgrafen Woldemar von Brandenburg, auf S. Jacobs Tag in Leipzig sich zu stellen, und daselbst das Eigenthum der ihnen abgetretenen Lande aufzugeben und die Lehen aufzulassen, am 3. Mai 1312.

Wj frederich der eldere vnd wi friderich, sin sun, von gods gnaden margrauen zu misne vnd in dem Osterlande, gelobin an difem offenem briue, daz wir uf sand Jacobs tag, der nv nehilt wirt, gegin den achtbaren fursten marggraue woldemar van brandenburg zu Lipzik kumin sullin und im da uf gebin sullin, wy und unse erbnamen, alle daz eigen, daz wy im gesatzt oder gegeben habin, als eigens recht ist und alle die len vf lazzin vor usin lenherren an alle dem gut, daz wi im gesatzt und gegeben habin. Beneme aber uns ehälte not, di wir bewisin mochten, daz wi denne gegin im nicht komin mochtin, so sculle wi daselbis gegen im komen uf sand Bartholomei tag, der nehilt künt, als wy in truuen gelobt habin, und gebin des difin brif vorsigelt mit unsen Insigeln. Dirre brief ist gebin nach gods bort M°. CCC°. XII°. an dem vfert abend.

Nach dem Copialbuche des Geh. Kabinet-Archives I. C. 4. in quarto Bl. 34. — Gercken I, 189.

CCCCVII. Woldemar und Johann, Markgrafen von Brandenburg und Lausitz, geloben dem Markgrafen Friedrich von Meissen und Friedrich, dessen Sohn, wenn diese ihnen Torgau, Rochlitz, Geithen und Döbeln ausantworten würden, dagegen Meissen, Scharfenberg und Brandenstein wieder einzuräumen, vom 3. Mai 1312.

Wie woldemar vnde Johan, van der godes gnaden Margreuen tū Brandemborch vnde tū Lufiz, biekennen vnde bietuighen in dessen openbriuen, Dat wie ghe dedighet hetten mit vnseme veddern Margreuen Frederich den olden van Misne mit sine Sune Frederich, Also hir na biescreuen steit, wanne sie odder ore man vns odder vnser mannen tu vnser hant antwerden Torgow hus vnde stat, dat hus tu Rochkliz, Giethen die stat vnde Döbelin hus vnde stat mit aldeme, dat dar tu hort, als in dennen sunen briuen steid, do schole wie hern albrech knutt vnd henric knutt wedder